

[Accueil](#)[Revenir à l'accueil](#)[CollectionBoite_015 | Histoire de la sexualité I. Biopolitique.CollectionBoite_015-1-chem | \[Hermaphrodites ?\] XVIIIe. ItemAlbrecht Von Haller, \[Photocopie\]](#)

Albrecht Von Haller, [Photocopie]

Auteur : Foucault, Michel

Présentation de la fiche

Coteb015_f0011

SourceBoite_015-1-chem | [Hermaphrodites ?] XVIIIe.

LangueFrançais

TypeFicheLecture

Personnes citées[Haller, Albrecht, von](#)

Références bibliographiques[Haller, Num dentur hermaphroditi, in Operum Minorum, II](#)

RelationNumérisation d'un manuscrit original consultable à la BnF, département des Manuscrits, cote NAF 28730

Références éditoriales

Éditeuréquipe FFL (projet ANR *Fiches de lecture de Michel Foucault*) ; projet EMAN (Thalim, CNRS-ENS-Sorbonne nouvelle).

Droits

- Image : Avec l'autorisation des ayants droit de Michel Foucault. Tous droits réservés pour la réutilisation des images.
- Notice : équipe FFL ; projet EMAN (Thalim, CNRS-ENS-Sorbonne nouvelle). Licence Creative Commons Attribution - Partage à l'Identique 3.0 (CC BY-SA 3.0 FR).

Notice créée par [équipe FFL](#) Notice créée le 27/08/2020 Dernière modification le 23/04/2021

HERMAPHRODITI COMMENT. 27

tile, expediisse ex anatome, quid de sexu statuere oporteat, unde in re dubia mas, unde femina agnoscatur.

Omnium difficillima quaestio est, quando de homine recens nato agitur. In adultis enim multa nobis succurrunt. Pro viris agnoscendis adhiberi possunt facies hirsuta, robusta barba, ani pilosus ambitus, semen, veneris cupido ad visas cupitasque feminas, testes, testium vasa spermatica suis per cutem nodulis conspicua, mensura humerorum latior, femorum angustior, quam mensuram (116) etiam Ill. KAAUWIUS commendat (117).

Pro feminis definiendis adhiberi possunt glabrities, mollities corporis, leves genae levisque ani ambitus, menses, defectus vasorum spermaticorum testiumque, cupido veneris quae feminam deceat, femora latiora, quam humeri.

Sed in teneris puellis res nonnunquam ambigua esse potest, ut accuratius nos omnia rimari oporteat. Quaestio autem est imprimis de viro hypospadiâ, quem oporteat distinguere a femina clitoride prælonga instructa, cujus clitoris a caeco pene non ita multum differt, & eo minus differt, si verum est, aliquando per clitoridem urethram patentem ivisse, qualem historiam habet Cl. ARNAULD (118). Verum id rarissimum existimo, & quae dicebatur per clitoridem minere, conperta est omnino solito loco urinam emisisse, in Museo PETROPOLITANO (118*).

Marem ergo ex rima perinaei deformem esse suadet penis major, majoribusque corporibus cavernosis, cum pene in eadem directione positus, instructus, praeputium (119) superius obductus & inferius [nam in pueris nulla venere vis; hoc perpetuum est, in clitoride autem inferius nihil praeputium simile reperitur]. Porro frenulo praeputium cum glande iungente; rima absque hymene, non profunda, aut certe non lata, per quam subeuns stylus in vesicam quidem ducat, nullum autem osculum

(116) *Comment. ad BOERHAAV. T. V. P. II. in principio.*

(117) *Comment. Nov. Petr. l. c. p. 319.*

(118) *L. c. p. 479.*

(118*) *L. c. p. 285.*

(119) Ita hoc signo uti oportet, ut praeputii conditio, qualem hic dixi, marem valide designet, contraria & imperfecta non ideo penitus masculinum sexum excludat. Nam in puero, quem ipse illustravi, praeputium minus viriliter se habuit.



